Astronomia

Computus


Computus novus nuper denuo revisus. Cracoviae

Math. Scharffenberg. 1528

N 497.

4352

Computus Nouus nuper denuo reuisus, & recollectus, res ad ecclesiæ cultum debite perficiendum, vna cum pulcherrimis fundamentis Astronomiæ complectens.



PROLOGVS:

QVanta diligentiæ cura olim fuerat studentibus ac cle-ricis de obseruatione festorum mobilium, Septuage-simæ videlicet & Quadragesimæ, Paschæ, Rogationū, & cæterorum ciclorum, puta & aliorum de quibus præsens declarabit tractatulus. Modernis autem tempestatibus, quanq̄ complura literarum studia esse creduntur, fabula-rum attamen nonnulla speciem contrahunt. Alia commenta tiones vanas, ita vt id sparsim omnibus insit studentibus. In ecclesiasticis vero computationibus nullus quippe, aut fere me pauci docti inueniuntur, quo fit vt tanti tamq̄ magni errores in ecclesia dei diuagentur, vt incognitum sit quibus medijs ab eijsdem digrediendum sit. Placuit itaq̄ diuino auxilio iuuante tractatum, iam equidem longe ante conscriptum, in modum alium redige-re, quo vt facilior modus inueniendi ea quæ ad cultum attinent diuinum ha-beatur. Isq̄ tractatulus octo & decem capitulis concludetur.

Capitulum primum de Ciclo Lunari.

Mille quingentos ab anno deme salutis
His nouem, cum annis bis quinq̄ iungere debes
Numerus aureum residens ciclum edocet
Decem & nouem super hos cum excreuerint anni
Hos totiens abice, reliquum pro ciclo teneto.

Modum inuestigandi aureū numerū p̄mo placuit declarare. Unde ciclus lunaris sic describitur. Est spaciū 19 annis mensuratū: exordium sumēs eo die quo luna soli per coniunctionē applicat: quousq̄ illi iteruʒ eodē die ap-plicari desinat. Ex qua descriptione patet ciclū lunarē dici a motu lune: ex eo quia ciclus lunaris iniciū sumit p applicationē lune ad solē. Huiusmodi aūt applicatio nō nisi motu lune perficit: ergo ciclus lunaris: a motu lune lunaris dicitur. Cupiens itaq̄ quispiā ciclū lunarē inuenire: sic procedat. Ab annis christi currentib⁹ subtrahat mille quingentos ꝛ decēnouē annos ꝛ residuum (minus q̄ 19: vel ipsummet decemnouem) ciclus erit lunaris. Si vero numerus subtractione facta manēs decemnouē superauerit: extūc 19 abici debent: residuo pro ciclo lunari accepto. Leuius tn̄ in iuncturꝭ di-gitorū aureus numer⁹ inuenief: eo modo. Obmittēdo annos millenarioꝝ centenariorū: ꝛ computare incboando a 20 usq̄ ad annum propositū perue-niatur: vbi signetur articulus: eo signato videatur numerus iuncturarū: ille nanq̄ ciclū lunarē ostendit: priori tn̄ cautela cuʒ necesse fuerit vtendo. Tertia deniq̄ via eundē cōperies: auferendo ab annis residuis vltra mille-narios centenariosq̄ 19: residuum pro ciclo lunari habendo.

Capitulum secundum de Ciclo Solari.

Mille tollas quingentos cum tribus annis.
Quicquid superfuerit, solis ciclum teneto.
Vigintiocto si numerando sic superabis.
Tolle quater septem, tene & quod accidit vltra.

Inuestigationē cicli solaris ciclo lunari imediate subscribere libuit: nō ob-stante eo q̄ determinationē cicli lunaris iure ꝛ regulariter determinatio de Interuallo subsequi debuit: tanq̄ notificabile illud p qō notificari debeat. Ipsum namq̄ interuallum absq̄ ciclo lunari nullo modo sciri potest. Sed qa in inq̄sitione interualli litera dn̄icalis nō parū videt cōferre: ideo noticia eiusdē in eo inueniēdo perq̄rit: sed litere dn̄icalis absq̄ ciclo solari noticia haberi potest minime: ergo (vt debitus pcessus seruet) iure ciclus solaris lunarē sequit. Ciclus aūt solaris sic definiri potest. Est spaciū ex 28 reuolu-tionibus solaribus causatū in quo oēs litere dn̄icales cōueniunt: que eodē modo se habentes redire nequeunt priusq̄ 28 reuolutiones compleantur. Ex hac descriptione cicli solaris: perspicuū est ciclū solarē motu solis cau-sari: saltim modo mediato: sic q2 ciclus solarꝭ spaciū 28 reuolutionū dicit: sic q̄ huiusmodi reuolutiones ciclū solarē constituere dicunt. Harū aūt causa effectiua est motus solis: ergo p vnū methaphisicale principiū motus solis

causa cicli solaris dicit ceu causati: ab eo cuius motꝰ solis est causa. Volēs ergo ciclū solarē quopiā anno inuestigare: ab annis christi currentibꝰ: mille quingētos ⁊ tres aufferat annos: residuū huiusmodi subtractione facta ciclus solaris erit. Et hoc subtractione 28 annorū si opus fuerit facta ab annis residuis. Modo demū altero ciclū solarē reperies: nō respectū habēdo ad annos millenariorū ⁊ centenariorū: ⁊ numerare incipe 4 5 6 ⁊c. vsq dum perueneris ad annū propositū: ⁊ articulū digiti signabis: quo signato vide numerum articulorum: nam ille cicli solaris annos tibi ostendet: semper si necesse fuerit viginti octo abijciendo.

Capitulum III. de litera dominicali.

Vnum præbet g f, duo e, tria d, quattuor c,
Quinq dat b a, sex g, septem f, octo autem e,
Nouem dat d c, decem b, vnd a, g duodecim,
Tredecim f e, quattuordecim d, quind c, sedecim b,
Septemdecem a g, oc decem f, nodecem e, d quoq vigint,
Vigintiunū c b, vigintiduo a, vigintitria g, vigintiquatuor f,
Vigint quind e d, vigintsex c, vigin sep b, viginocto a,

Modū inueniendi dominicalē literā ciclo solari subiungere: congruū visum est: ⁊ hoc haud immerito: quū ciclꝰ solarꝫ habeat modū cause respectu dn̄icalis litere (quū vt supra tactū est absq eo litera dn̄icalis minime inueniri potest) ex secundo aūt phisicorū habet: omnē effectū suā debere cōcomitari causam. Merito ergo litere dn̄icalis inuentio ciclo solari subscribit. Litera itaq dn̄icalis sic diffinit. Est litera qua perspicit quis dn̄icus dies quis ferialis sit. Ea em̄ litera que quopiā anno dn̄icalis extiterit: illius anni dominicū diē assumit: ceteris secundū ordinē alias ferias possidētibꝰ. Optans ergo quispiā literā dn̄icalem inuenire: numeꝝ cicli solarꝫ anni illiꝰ habeat. Quo habito: versus pro eisdē literis dn̄icalibus cōperiendis legat: ⁊ que litera circa numerū cicli solaris reperta fuerit: dn̄icalis dicet. In bisextili aūt anno due litere dn̄icales occurrūt: quaꝝ altera post festū natiuitatis: dominico proximo imposita ad festum durat Mathie. Altera demum post Mathie imposita: totius anni dominium sibi vendicat.

Capitulum IIII. de concurrentibus.

B vnum, c duas, d tres, dat concurrentes.
E quattuor, f quinq, g sex, a insuper nihil.
In bisextili concurrentes prima notantur,
Secunda hebdomadas interualli figurat.

Numerū concurrentiū quopiā anno inuestigare: habita litera dn̄icali: dies concurrentes leuiter comperies. Is em̄ numerus qui circa literā dn̄icalem situatur: numerū concurrentiū cōmonstrat: ⁊ huiusmodi dies in anno bisextili per primā literā querendas memineris. Ea aūt de concurrentibus hebdomadarū intelligas velim: qui dies superflui vltra septimanas interualli dicuntur: ⁊ sunt medij inter natiuitatem domini per inclusionem eiusdem: et dominicum proximum per exclusionem.

Capitulum V. de interuallo.

Elephas a terra festinat bibulus extra
Clericus facete decipitur gaudijs crebre
Articulum degener gaumam excedit adulter
Doceo barbatum ego met considero nullum
Literæ numerum notant interualli septimanarum
Si feria præcesserit primam literam verbi,
Vna septimanis superadditur istis,
Cum postcedit litera, sis contentus in illa,

Inuentio interualli determinationē dictoꝝ sequit conuenienter: ex eo quia ante dicta in inuentiōe interualli prerequirunt: ⁊ sine his certa inuentio interualli haud haberi potest. Iure itaq inuestigatio interualli añ dictis supponit. Vn̄ interuallū hoc potest diffiniri modo. Est intercapedo temporis interposita dn̄ico diei proximo post natiuitatē: ⁊ dn̄ico diei quo in ecclesia: Esto mihi decantat: ⁊ hec variationē cicli consequit lunaris: vnde ⁊ singulꝫ annis alius ⁊ alius est numerꝰ septimanarū interualli. Cupiens itaq dato anno hancce intercapedinē tēporis quopiā inuenire: Ciclū lunarē ꝑ p̄mum caput: ⁊ literā dn̄icalem ꝑ precedens addiscat. Aureoq numero inuento: eundē in articulis collocet digitoꝝ: versusq ꝑ eodē legat deseruiētes: ⁊ q̄ dictio signatū arciculū possederit: numeꝝ septimanaꝝ interualli cōmonstrabit. Numero in ea literarū prehabito: habēdus respectus venit ad literā dominicalē. Nam ea si literā dictionis antecesserit: vna addenda erit septimanis iterualli hebdomada. In anno aūt bisextili ad secundā literā dn̄icalem habendus venit respectus. Et hoc anno bisextili: quo ciclus solaris est 17. cū scilicꝫ a ⁊ g sunt litere dn̄icales (vbi ꝑ primā etiā iteruallū queri debet) excepto. Per eā em̄ interuallū querendū est: ⁊ ad eā cōsideratio habēda est. Hocq modo numerū septimanarū interualli cōperies. Aliter hoc idē ꝑ ad scriptā in calce tabellā inuenies: videndo in superiori parte tabule aureum numerū: ⁊ in latere sinistro literam dominicalem. Ex opposito em̄ litere dominicalis sub aureo numero interualli septimane offendentur.

Capitulum VI. de festis mobilibus.

En ex septimanis interualli, deme duas,
Sic dominica fiet septuagesima nota.
Adiungas his vnam, si quadragesimam optas.
Sex quadragesimæ, cum pascha petis celebrari.
Septima ex azymo, quinta rogatio currit.
His demum binas adde, spiritum cole sancctum.

Inuentionē festorum mobiliū post determinationē interualli inuestigare. Nam notitia festorū mobiliū cognitionē interualli presuponit: ergo ꝯgrue dicte determinationi interualli subscribit. Quod notitia festorū mobiliū: interualli noticiā ꝑsuponat: patet. Quia sciētia festoꝝ mobiliū alioꝝ: a septuagesima: ꝑsuponit cognitionē septuagesime: cuius celebratio ex interuallo dependet. Nam secundū qḋ maius vel minus interuallū fuerit: tardior vel velocior fit septuagesime celebratio: quā velocitatē aut tarditatē celebratōis septuagesime: tardior aut velocior celebratio alioꝝ festorum consequitur. Concludit ergo notitiā festorū mobiliū: interualli notitiā ⁊ scientiā ꝑsuponere. Unde festū mobile dicit esse mobile: ex eo ꝙ certi loci expers sit in Calendario: ⁊ hoc quo ad syllabas ⁊ dies vsuales mensium referendo. Nam si respectus ad dies feriales habendus esset: nō dicerent mobilia: quū semper singulis annis die dn̄ico celebrent. Uolens itaq̧ festa cōperire mobilia sic ꝓcedat. Primo numerū septimanaꝝ interualli ꝑ precedens caput cognoscat: quo habito: ab eodē duas auferat septimanas: ⁊ legat: Ci si o ianus: ab illa syllaba: q̄ in ꝓximū diē dn̄icum post natiuitatē ceciderit: incipiēdo: vsq̧ ad numerū septimanaꝝ relictarū post subtractionē: ⁊ q̄ syllaba dn̄ico vltimo venerit: celebrationē septuagsime ostendet. Postea ad hoc festū septuagesime: annumeret tres septimanas: ⁊ habebit quadragesimā: cui si sex addiderit hebdomadas: festū pasche inueniet. Cui quinq̧ appositis septimanis: Rogationum festum occurret. Duabus demum huic additis hebdomadis: vltimum festum mobile habebitur.

Capitulum VII. De Ciclo Inditionis.

Mille quingentos, cum duode subtrahe annos.
Residuus numerus, Ciclus erit Inditionis.
Cum excesserint quind tollas, reliquum retinendo.


Modum quo ciclus inditionis inueniendus sit perscrutare: quia ciclus inditionis inquisitione predictoꝝ nihil conferre neq̧ aliq̧ dependentiā ad ea habere videbat. Libuit in calce eorū: que ad ecclesie cultū attinent: eiusdē determinationē situare. Hucusq̧ em̄ ea q̄ ꝑ ecclesia dirigenda exigunt edocebantur. Unde ciclus inditionis spatiū dicit esse trium lustroꝝ: seu annoꝝ quindecim: quod a Romanis institutū dicit: vt ab extraneis illisq̧ subditis nationibus congruo sumat tributa ordine. Subditi enim Romani imperij: ꝓmo lustro ferrū offerrebant. Secundo demū es. Ultimo deniq̧ aurū cū argento sub nomine tributi Romanis soliti erant offerre: quibus consuetum erat tempus indicendi illoꝝ conferendorū tributorū: ex ea dictus est causa ciclus inditionis. Cupiens itaq̧ huiusmodi ciclū anno quopiā inuenire: ab annis christi currentibus: mille quingentos ⁊ duodecim annos auferat: residuum ciclus erit inditionis. Ubi si numerus subtractione facta manens excreuerit 15 tollat 15: residuū ꝓ ciclo inditionis retinēdo. Alio modo eundē inuenies. Annos millenarioꝝ centenariorū pretermittas: saltim a tredecim computare: vsq̧ ad annum tuum propositum: ⁊ quot iuncturas transcurris tot annos cicli inditionis illo anno te scias habiturum.

Capitulum VIII. de forma cœli, & partium eius.

Rotunda nobilior ex mathematicis datur figura,
Huic similem assumpsit sibi mundus
Vt a quacunq̧ parte fluxum producat æqualem
Duas præcipue notas possidet regiones,
Corruptibilem enim distinguit ab æterna.
Ecce quam pulchre incorruptibilem sphæris ornat
Empireum summam fixe tenet dei sedem
Nonum simplici cursu colligit alios ei,
Sydus circuit in triginta sex milleq̧ gyrum,
Saturnus sphæram annos per triginta reuoluit.
Iupiter duodecim, Mars complet binis annis.
Sol princeps inter alios, cursum anni docet
Venus ac Mercurius tot complent quasi dies.
Infimam Luna tenens, mensem sibi assumit.

Formam figuramq̧ vniuersi situmq̧ partiū eius diligēter indagare: quia in inquisitione supradictorū dictū erat: ea motū solis ad notitiā sui ꝑsuponere: vna cum motu lune. Hec aūt duo motus quospiā a superioribus spheris cōmunicant: ⁊ habere cognoscunt. Ut itaq̧ doctrine via seruetur: intendit autor numerū corpoꝝ celestiū (a quibus luna ipsa cū sole: ceteraq̧ errantia sydera motū capiunt) explicare. Cum aūt huiusmodi corpora partes vniuersi sint: principaliter intendit figurā vniuersi declarare. Ipsius postea naturā in duas partes diuidendo. De ꝓma in hoc capitulo determinat: declarās q̄ partes nobiliores vniuersi existant. Alteram demū partē in sequēti capitulo enarrat. Quo ad primū: duo demonstrat. Primū: quā figurā ipsum vniuersum habeat: duabus rationibus ostendens. Quarū prima ex philosopho ij. Celi textu, cōmenti xxij. sumit. ⁊ format sic. Omniū figurarū figura rotunda est nobilissima: ergo vniuersum habet rotundā figurā. Tenet consequentia: quia ipsum vniuersum est corpus nobilissimū. Omniū aūt tali nobilissima cōgruit figura. Antecedens ꝓbari sic poterit: tum quia huiusmodi figure nullā possibile est fieri additionē: cū in ea fiat regressus ab eodē in idem. Alijs ꝓ figuris cum rectilinee dicant: hec ipsa compossibilis est. Tū secūdo: quia hec solum vnica linea (ceteris pluribus cōclusis) cōcluditur: qoud perfectionē rotūde tribuit ex ij. Celi. Secunda demum ratione hoc idem probat sic. Influxus celestis in omnes partes equalis debet esse: ergo celū est rotūde figure. Tenet consequētia: quia equalitas influxus: presuponit equalitatē distantie: quo ad om̄es partes illi᷑: in quot huiusmodi influxus īprimi debeat. Equalitas autem secundum om̄es partes: nō nisi corpori rotūdo competit. Antecedēs ex autoritate omniū astronomorū relinquitur comprobatum. Hec vltima ratio magis cōcludit rotunditatē corporis celestis tanq̧ partis nobilioris vniuersi: licet alio modo ordinata ad probandū vniuersum esse rotūde figure applicari posset. Alterū demū quod in presenti capite declarat: est series principalium vniuersi: spherarū scilicet celestiū. Ubi principaliter numerum earundem ponit: asserens saltem esse spheras nouem in ordine:

spheras inquam mobiles. Nam τ decimam immobilem collocat. An autem saltem numerus nouenarius spherarum existat: non presentis est speculationis: nam modernis temporibus decem mobiles sphere inuente dicunt. De hoc latius vide Albertum in duodecimo Metaphisyce: τ expositorem Theoricarum in de motu octaue sphere: τ alios quamplures neotericos. Nonam ergo spheram ponit autor primo motu regulari τ simplicissimo moueri: motu scilicet diurno: ab ortu in occasum in 24 horis suam complentē reuolutionem: τ quo ceterarum spherarum motus regulantur. Et huius specialem determinationem in capitulo decimo facit: ostendens super quibus polis moueatur. Octauam demum spheram reuolui in 36000 annorum ostendit: in qua omnes stelle fixe situate dicuntur. Saturnum demum in triginta annis zodiacum reuolui declarat. Iouem in duodecim. Martem in duobus. Solem in anno. Venerem τ Mercurium in minori tempore quam anno signa zodiaci permeare ostendit. Sciendum autem quod quum hic de motu aliorum orbium a primo loquitur: de motu eorum proprio: qui scilicet est ab occidente in oriens intelligendum est.



Capitulum IX. De quatuor elementis.

Terra petens medium inter elementaq; centrum
Ad figuram cœli, sphæram ornauitq; suam,
Non quadratam, sed rotundam continet formam,
Stelle in occasum probant tendentes ab ortu.
Proxima res maior ea quæ a longe videtur,
Non in stellis apparet vapor nisi resistatur,
Conuexum sphæræ circumscribit concauum aquæ
Aquam aer, & ipsum ignis, hæc elementa,
Quæ quatuor essentię, seu mortalium sphæræ
A philosophis edoctis probatæ ac veræ.

In precedenti capite vniuersum in duas distinxerat partes: de quarum prima in eodē capite sufficientē declarationē posuit. Hoc demū in capitulo nono: secundā partē vniuersi declarare intēdit: innuens quatuor esse partes vltimas totius vniuersi: que elementa appellantur: inter que: primo de elemēto terre determinat: ostendens terrā ipsam esse rotunde figure: τ hoc probat ratiōe τ signo. Ratione tali. Terra est centrū mundi: ergo terra est rotunde figure. Tenet consequētia: quia centrū participat in figura cū circūferentia: si ab eo ad circumferentiā ducte linee equales esse debeant. Antecedens relinquit probatū esse: a philosopho ij. Celi. Probat demū ijdem a signo sic. Quia stelle cū supra orizontē extiterint: apparērēt eiusdē quantitatis in ortu τ occasu: quod nō esset si terra esset quadrate vel alterius figure. Nam in ea parte terre (vbi angulus quadrati sit) hominibus habitantibus stelle maiores apparerēt quam hominibus habitantibus in latere. Nunc autē videmus omnes equā quātitatē astrorū percipere. Contra hanc probationē autoris posset aliquis astruere cauillationē. Tu dicis astra in omnibus partibus celi equalis quātitatis fuisse: quū tamē sensibiliter experiamur esse ea maioris quātitatis in ortu: quam in medio celi. Hanc cauillationē destruens dicit: hoc nō esse ex parte astrorum: sed ratione medij: puta vaporū a terra resolutorum: qui se inter aspectū nostrū: τ astra interijciūt. Tandē declarat superficiē intrinsecā aque: extrinsecā terre cooperire: τ aeris demū aque: τ ignis aeris superficiē extrinsecā circūscribere. Ex his omnibus per modū corolarij infertur vltima ratio rotunditatē probans vniuersi. Quia sequitur bene. Omnes partes vniuersi sunt rotūde figure: ergo ipsum vniuersum est rotunde figure. Tenet cōsequētia: quia totū nihil aliud est quam sue partes: ex primo phisicorū: τ eadē est ratio partiū τ totius primo celi. Antecedens pro vtraq; parte patet ex precedenti τ hoc capitulo.

Capitulum decimum, de situ & motu firmamenti, atq; de æquinoctijs & solstitijs.

Mobile continue per binos cardines volat,
Sup ræmus ad austrum nobis æterne occultus.

Alter vrsam custodit, Arcticus nūcupatus.
Cingitur coelum chorușcationisq; zona,
Quae aequat noctem ac diem in horis,
Quam gyrus animalium per medium secat.
Principium Arietis ac Librae testificantur.
Recedit ab aequinoctio ad noctem caput Cancri,
Ad meridiem Caper, his solstitia dantur.
Haec quatuor praescripta, seu cardinalia signa.
Ordo signorum talis est in coelo notatus,
Est Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo,
Libra Scorpius Arcitenens Caper Anphora Pisces.
Sub quibus erraticae necnon fixae rotantur stellae
Indies dantes obuiam inuicem respicientes,
Ex quorum continue aura periclitatur.
Nunc tendit ad pluuiam, ventum, aut claritatem.

Qualitatē motus p̄mi celi p̄scrutare: q̄a in capitulo viij. nonā sphērā motu simplicissimo reuolui dixerat. Cū aūt omnino corp̄is circulariter moti mot⁹ sup̄ polis p̄ficiat. Cōgruū ergo est: polos dicti motus hoc in capite declarare. Sciendū itaq; est: primū mobile reuolui sup̄ axe transeunte p̄ centrum mūdi: q̄ axis mundi dicit: ꝛ illius axis extremitates poli appellant: qui sunt omnino imobiles: quorū polorū: alter Arcticus dicit: ꝛ est ille q̄ circa vrsam minorē ꝛ septistelliū situat: ꝛ is nobis septētrionē inhabitātibus apparet cōtinue. Alter demū polus Antarcticus dicit: q̄ in circulo equalitatis meridiē versus situat: ꝛ hic nobis immanifestus est. Declaratis autor polis motus primi mobilis: circulos p̄mi mobilis declarat. Et p̄mo circulū equinoctialē quē ante circulū equalitatis nominauim⁹. Asserētes hūc circulū: ipsum primum mobile p̄ equa diuidere. Et dictū eq̄noctialē eo q̄ p̄ ingressum solis in puncta intersectionū eius cū zodiaco: equalitas noctiū cū diebus cōtingat. Hunc demū circulū alius circulus maior: q̄ ꝛ realis dicit: p̄ mediū diuidit: sic q̄ vna pars versus Austrū: altera versus meridiē declinat. Zodiacus aūt hic circulus appellat: ex eo q̄ per motū solis sub eo (vt testat philosophorum princeps in de generatione) vita omniū animantiū depēdat: ꝛ hoc greco nomine zodiacus sonare dicit. In hoc aūt circulo: 12 imagines celestes (que vulgato nomine signa appellant) situat. De quorū numero duo: Cācer scz versus septemtrionē: ꝛ Capricornus versus meridiē ab eq̄noctio declināt. In quorū principia quū sol ingredit: duo solstitia: eleuationē scz maximā: cū declinatione: cōstituit: id est: solstitiū estiuale: ꝛ hoc cū ingredit in Cancrū: et hyemale cū in Capricornū subintrat. In quibus duobus sitibus sol dicit stare: ꝛ hoc vel p̄pter nimiā eleuationē: sic q̄ vltra ascendere nō potest: vel

minimā declinationē qua minor fieri nequit. Alia demū duo signa: Aries scz et Libra: equinoctia constituūt. Et hec quatuor signa Cardinalia vocant. Vltimo seriē ꝛ ordinē signorū ostendit. Hi etiā versiculi continēt vulgarē ꝛ astronomicū modū eq̄noctiorū ꝛ etiā solstitiorū. Lampert Gregorii: nox est adequata diei. Hec equata duo faciunt Ariesq; Libra. Vitus ꝛ Lucia: dant duo solstitia. Hec duo solstitia faciunt Cancer ꝛ Capricornus.

Capitulum XI. De motu Solis.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓
Gre, vat, Ser, ton, a, sum, Nic, Hed, ci, Lu, cat, las.
Syllabae hae introitum in signa solis docent.
Motum solis alicuius diei si scire cupis,
Numerus a praescripta syllaba gradum monstrat.

Verum locū solis singulis diebus perscrutare. Vnde motus solis nō aliud est q̄ transitus corporis solaris sub zodiaco primi: mediante quo sol 57. 58. 59. 60. 61. ad maximū singulis diebus: minutis mouet. Cupiens itaq; verū locum solis pro certo tēpore inuenire: videat primo syllabā diei pro qua id habere velit. Et postea cui syllabe ex v̄su hoc: sua illa syllaba sit p̄pinquior. Et ab ea legat: Ci si o la: vsq; ad suam syllabā: ꝛ signet membra: videat demū numerū iuncturarum. Nam quot iuncture fuerint: tot gradus illius signi (quod supra syllabam versus a qua computare incepisti) sol peragrauit. Et hoc modo apte motum solis inuenies.

Capitulum XII. De Coniunctione Solis & Lune.

1. 19. 2. 8. 3. 27. 4. 16. 5. 5. 6. 23.
Nod, octo, vigintsep, sed, quinq; vigintria.
7. 13. 8. 12. 9. 21. 10. 10. 11. 22. 12. 18. 13. 17.
Tred, duo, vigintunū, decem, vigintduo, octode, septem,
14. 26. 15. 15. 16. 14. 17. 22. 18. 11. 19. 30.
Vigintsex, quind, quattuor, vigintduo, vnd, triginta.
Decemnouē numerū complent aureum, tot & hic dictiones
Et harum numerus aureum ciclum manifestat.
Et de se diei numerum, in quo Luna nouatur.
Primo, (quae & radix anni totius assurgit)
Vigintnouem tribuas, & radici Lunaris,
Cum horis duo, Lunam sequentem habebis,
Dies quindecim adde, Lunam accipe plenam.

Viam coniunctionis luminariū singulis mensibus inuestigare: quū ea que in tredecimo ꝛ quatuordecimo capitulis docent: diem ꝯiunctionis luminariū preexigant. Placuit modū ꝛ doctrinā coniunctionē dictam inueniēdi: quo vt facilior via dicendis habeatur. Ea em̄ si diligēter intendant: coiunctiōe egent lunari. Diffinitione itaq; ꝯiunctionis dimissa: (nam ea in capitulo 14

ponetur) modũ inueniendarũ coniunctionũ: ꝑ annũ aliquẽ ꝓpositũ: singulꝫ mensibus exponere dignũ visum est. Cupiens itaqꝫ quispiam coniunctiones mensiũ quopiã anno habere: ante oĩa primã vt habeat coniunctionẽ (quã Februarij intellige: que radix omniũ existit) necesse est. Et hec in dieb⁹ querit Januarij: quã eo inueniet modo. Habeat ciclũ lunarẽ: quẽ in iuncturis digitorũ collocet. Demũ versus ꝓ prima cõiunctione habẽda legat: locãdo in vnaquaqꝫ iunctura vnã dictionẽ. Et q̃ dictio iuncturã cicli lunarꝫ attigerit hec ipsa diem cõiunctionis prime ostendet. Et hoc consyderando quis supra dictã dictionẽ numer⁹ sit posterior (nam supra quãlibet dictionẽ duplex numerus ponit: aurei scilicet numeri prior: ⁊ dictiõis posterior) nã ille ostẽdet diẽ vsualẽ Januarij: qua coniunctio tali anno prima futura est. Ad quã coniunctionẽ si 29 addiderꝫ: habebꝫ sequentẽ cõiunctionẽ: puta Martij. ⁊ hoc cũ horis 12. Sed quũ 12 hore singulis mensib⁹ addi nõ possunt: ideo recti⁹ est: vt ⁊ praxis facilior sit: vt singulis duob⁹ mẽsibus addat vna dies: ex illis 12 horis resultãs. Ideo quũ querꝫ cõiunctionẽ istorũ mensiũ: Martij: Maij Julij: Septembris: Nouẽbris: ⁊ Januarij: vt vnã addas diẽ ad dies ex additione 29 ad dies cõiunctionis prime resultãtes: ⁊ habebit dies verior cõiunctionis. Si demum tempus oppositionis habere volueris: adde ad tempus coniunctionis 15 dies: ⁊ habebis quesitum.

Capitulum XIII. De motu Lunæ.

Aetatem Lunæ dupla, post addito quinqꝫ,

Quinqꝫ dabis signo, quo Lunæ cepit origo.

Motum lune modũ inuestigandi coniunctionũ determinationi subscribere congruũ visum est. Ratio aũt sit hec. Quia motus lune secundũ etatẽ certiori scitur modo. Cognitio aũt etatis lune: absqꝫ die coniunctiõis haud haberi potest: quũ ea nihil sit: q̃ numer⁹ dierũ a die cõiunctionis ad aliquã ꝓpositam diẽ cõputatus. Ergo merito motus lune inquisitio determinatiõi cõiunctionũ (tanq̃ suo notificabili) subscribit. Unde mot⁹ lune nihil aliud est: q̃ decursus eius sub zodiaco primi mobilis: incipiens ab occasu in ortũ: quo luna in spatio 24 horarꝫ: nunc 11: nunc 12: 13: 14: ad maximũ 15 gradus dicti zodiaci peragrat. Uel motus lune poterit sic describi. Est situs corpis lunaris centraliter sub aliqua parte zodiaci: quẽ indicat linea ex cẽtro mundi educta ꝑ centrũ corporis lunaris: vsqꝫ ad zodiacũ protẽsa. Quopiã itaqꝫ die cupiens aliquis motũ lune indagare. Primũ videat sub quo mense illa reponit dies. Demũ videat cõiunctionẽ: que dictã diẽ antecessit. A die ergo cõiunctionis: dies numeret: vsqꝫ ad diẽ suã ꝓpositã: ⁊ eũ totũ numerꝫ duplet Quo duplato: eidẽ quinqꝫ superaddat. Deniqꝫ totũ collectũ ꝑ 5 diuidat: ex numerus quotiens ostendit numerꝫ signorꝫ: q̃ luna a coniunctiõe ꝑagrauit. Uide ergo in quo signo cõiunctio fuit iuxta doctrinã precedentis capituli: ⁊ ab eo cõputabꝫ numerꝫ signorꝫ ꝑ quotiẽs designatũ: ⁊ habebis motũ lune ꝑ die tuo ꝓposito: quo ad signũ. Gradus aũt certus signi iuxta eã viã haberi nõ potest: quũ luna nõ equaliter quo ad grad⁹ moueat: quũ vno die plures: altero pauciores gradus ꝑagrat. Et hunc modũ habes ꝑ expressum in canonibus vsus Astrolabij. Ne demũ videar: aut modũ illũ priscũ ignorasse: aut eundem spreuisse: placuit eundem breuib⁹ explicare: nam in eo precisionem non curo: cum interdum per eundem neqꝫ ad signum perueniatur. Pro quo inueniendo hoc carmen premittere necesse est.

Ci, bi, math, cta, san, ius, vi, be, do, um, re, si, Cath, mas.

Cupiens itaqꝫ quopiã die iuxta modũ antiquũ dudũ obseruatũ: motũ lune inuenire. Sciat syllabã sue diei: ⁊ videat cui ex dictis sit ꝓpinquior syllabis. Quo cognito a syllaba versus: ad suã propositã legat Ci si o ia nus: vbi dũ peruenerit: terminet iuncturã. Postea numeret signa zodiaci a radice incipiendo: duplando omnia ab aqueis: ⁊ ea ipsa triplando (⁊ in hoc error ⁊ falsitas istius modi cõprobat: quũ nõ videt ratio cur alia triplent: ⁊ cetera duplentur signa: quũ omnia equũ in se numerũ graduũ contineant: sed hoc transeat) vsqꝫ ad membrũ date diei: ⁊ habebit motũ lune. Radix autẽ anni nihil aliud est q̃ locus lune tẽpore Circũcisionis sub certa ꝑte zodiaci. Et hanc eo pacto cõperiet: numerando ab vltima syllaba dicti versus 11 syllabas: scilicet a mas: vsqꝫ ad Ci. Et vide que radix anni precedentis fuerat: ⁊ ab ea dicto modo ante: signa cõputet: ⁊ habebit radicẽ anni. Ut anno 1523 erat luna tẽpore Circũcisionis in secunda facie Cãcri: ⁊ hec erat radix anni dicti: ⁊ ab eo cõputet signa: si radicẽ ꝓ anno futuro: puta 1524 habere velit Quid autem agere commode liceat ex presentia lune sub certa parte zodiaci: subscripti versus demonstrant.

De emissione sanguinis.

Ar, li, de vena bene fundunt vrna, sagitta.

Can, Scor, Pis, media, cætera dic fore mala.

Luna vetus veteres, Iuuenes noua requirit.

In luna plena non tangatur tua vena.

Estas, Ver, dextram, Autumnus, Hyemsqꝫ sinistram.

In Cane non minuas, nam prohibent medici.

Membrum ne tangas ferro, Luna existente in signo eius.

De Balneo.

Terrea balnea nolunt, Ignea limphea volunt.

Est Aeris mediocre, valet vbiqꝫ tibi.

De Seminatione.

Virgo, Caper, Cancer, Pisces bene seminabunt.

Mensibus in quinqꝫ, cætera dico mala.

De Plantatione.

Taurus & vrna, Leo, Virgo, Pis, hæc bene plantant.

Postrema quadra, sintqꝫ planete boni.

Electio pro Pharmatia.

In libra, aq̃rio, cãcro, scorpiõe & piscib⁹ pharmatia exhibeat.

In cãcro electuaria, in scorpiõe potiões, i piscib⁹ pillule iuuãt.

Capitulum XIIII. De aspectibus planetarum, & de eclipsibus Solis & Lunæ.

Applicationes quinq; sunt erraticarum.
Prima coniunctio in signo vno & gradu datur
Sextili per duo signa, quarto per tria distant,
Terno per quattuor, oppositi septimum notant.
Linea sub ecliptica solis rota rotatur.
Quam Ecentricus Lunę partes ad duas scindit
Intersectio caput, altera cauda vocatur.
Ad quas sectiones dum luna iungitur soli,
Obfuscat radios solares visui nostro.
Exhinc eclipsim patitur sol, non luce carens.
Totus si niger apparet, non dicetur vniuersalis
Causat corpus maius terra, lunæq; minus.
In his cum luna plena dat nigredinem ex se.
Vmbra enim terre radios impedit solares.
Vt non illuminent, si fuerit luna totalis.
Nam caret lumine, est ergo mundo vniuersalis.

Distantias certas planetarum inuestigare: he aūt distātie Aspect9 appellant. Unde aspectus: est certa planetarum distantia sub zodiaco: qua notabiliter se impedire vel iuuare dicunt. Huiusmodi aūt aspectus quinq; ponit autor: nomē aspectus large sumendo. Cōiunctio: oppositio: quartus: trinus & sextilis. Cōiunctio nihil aliud est: q̄ situs duorū planetarum: sub vno signo: graduq; vno. Aspectus quartus: est quando planete inter se distant per quartā partē zodiaci: id est: p tria signa. Trinus: quū a se elongant p tertiā partem: id est: p quattuor signa cōpleta. Sextilis: quū p duo signa: & sextā partē zodiaci planete distant. Oppositus aūt: quū in oppositis partibus zodiaci cōstituunt. Si ergo aliquē aspectū habere vis aliquorū planetarū: vt lune cum sole. Scias motū solis & motū lune: & vide si sol a luna distat per tria signa: scies inter eos esse aspectū quartū. Ita simili modo facies in alijs aspectib9. Declaratis autor his applicationib9: modū quo eclipsim tā solarē q̄ lunarē fieri cōtingat declarat. Pro quo supponit: corpus solare semp sub ecliptica (id est: linea p mediū diuidēte zodiacū) volui & moueri semp suo ecētrico: in quo solare corpus infixū existit. Quē ecentricū: deferēs lune secat p mediū. Sic q ecentric9 solis cū ecentrico lune: sese in duobus punctis intersecāt. Harū intersectionū vna caput: altera cauda vocatur. Quū ergo sol cū luna in aliq̄ harum deuenerint itersectionū: sic q vterq; sub ea cōstituat: vt cōtingit in cōiunctione: causat eclipsis sol3: q2 in tali casu luna aspectui nostro & inter solem media sese interponit. Sed quū ipsa minor sit corpe solari: nequit totalem obumbrationē eius efficere: vnde nō cō: ingit esse totalē solis eclipsim totalē inquā respectu totius vniuersi. Nam respectu certe regiōis possibile est vt fiat totalis. Lune aūt eclipsis eo modo causat. Nam cū luna sole existente in vna intersectionū: alterā occupauerit: quēadmodū in oppositione contigit lune. Terra eñi sese interponit inter lunā & corpus solare: & nō sinit radios solares ad corpus lune pgredi: & tunc luna eclipsat. Et quāto magis corpus lunare in vmbrā terre ingredit: tanto magis eclipsatur: & in maiori parte sui. Cum aūt corpus lune minus sit q̄ corpus terre: concluditur possibilem totalem elcipsim lune euenire. Cur aūt non in omni coniunctiōe aut oppositione congruunt eclipses: dicitur q ideo: quia non semp coniunctio vel oppositio fiunt in nodis & in intersectionibus.

Capitulum XV. De initijs Mensium, & inuentione feriarum.

Ia, Fe, mar, ap, ma, iun, iul, aug, sep, oc, no, de.
A, dam, de, ge, bat, er, ga, ci, fos, a, dri, fex.

Quā feria vnusquisq; mensis suos incipiat dies vsuales pscrutare. Usuales dies mensis appello: syllabas vniuscuiusq; mēsis sibi deputatas. Diem ergo vsualē alicuius inuenire mensis: est inuenire qua die feriali prima syllaba alicuius mensis imponat. Cupiens itaq; inuenire: qua feria aliq̄s mensis suos incipiat dies. Primo sciat literā dn̄icalem illi9 anni. Demū videat q̄ syllaba mensi illi ex secundo versu corespōdet: primā literā eiusdē consyderando. A litera itaq; dn̄icali incipiendo legat literas: vsq; ad literā illi mensi corespondentē. Et quā feriā illa litera tetigerit: eadē talis mensis suas dies inchoabit. In primo versu initia mensiū ponunt: & hec declaratione aliqua nō egent: quoniam per se manifestissima sunt.

Quot quilibet mensis habeat dies vsuales.

Aprilis, Iunius, September, atq; Nouember.
Hij triginta habent, vnum reliqui superaddunt.
Februarius vigint insuper octo dies.

Capitulum XVI. De Calendis, Nonis, & Idibus.

Tradens, quando, reficis, sedule, refugium, scandis.
Rufus, tandem, scandere, sodalem, refutans, tondere.
Octo tenet Idus mēsis generaliter omnis.

Diem an in Calendis: Nonis: vel Idibus fiat indagare. In hoc capitulo intendit notitiā Calendarū: Iduum & Nonarū exponere. Pro quorum notitia scias in primis duobus versibus duodecim dictiones contineri: mensibus duodecim correspondētes: & vnaqueq; dictio duo in se representat: numerum scz Calendarum & Nonarum. Sic q prima litera Calendas: & prima secunde syllabe litera Nonas cōmonstrat. Nam quota aliqua ex illis in ordine alphabeti fuerit: tot Calendas vel Nonas illius mensis iudicab3. Unusquisq; eñi

menſis ſuam habet dictionē: que Calendas cum Nonis eius oſtendit. Alter demū verſus Idus menſiū continet. Quid aūt Calende None ⁊ Idus ſint hoc ſufficienter in computo Cirometrali cōperies: ⁊ ibidem quare bis appellentur nominibus. An aūt aliqua dies ſit in Nonis: Calendis vel Idibꝰ: ſic ſcies. Preſuppone ſyllabam tue diei. Demū vide ſub quo menſe tua illa dies contineatur. Et a ſyllaba prima illius menſis legas Ci ſi o ia nus. vſqꝫ ad ſyllabam tuā propoſitā: ponendo primā dicti menſis in capite pollicis: diſcurrendo intra ⁊ extra per omnes iuncturas: ⁊ ſigna membrū. Demū vide quot talis menſis habeat Nonas Calendas ⁊ Idus. Quo ſcito pone primā in capite pollicꝫ: Calende per ſe. Demū nonas retrogrado modo numerabꝫ vt ſi habet 4 nonas: dic: quarto nonas: ⁊ poſtea tertio nonas. Ubi dū terminaueris Nonas: Idus eodem modo numerabis. Poſt quos Calēdas ſimili modo computabis. Et ſic comperies an huiuſmodi dies in Nonis: Calendis: aut Idibus fuerit.

Capitulum vltimum de initijs quattuor temporū anni, & de ieiunijs quattuor temporum.

Annum diſcerne per partes, ſuntqꝫ quaterne,
Ver Petro detur, æſtas exinde ſequætur,
Hanc dabit Vrbanus. Autumnū Symphorianus:
Feſtum Clementis caput eſt hyemis venientis.
Feriam temporum affectant ieiunia quartam,
Cinerum, & quę Luciam, ſpiritum ſequitur Crucem.

In primis quattuor verſibus oſtendit numerus partium anni: que ſunt 4. Ver Eſtas: Autumnꝰ: Hyems. Eſtas ſuū initiū ſumit per ingreſſum ſolis in Cancrū. Autumnꝰ ꝑ introitū in Librā. Hyems quoqꝫ quū ꝑuenerit ad principiū Capricorni. Uer quū Arietem attigerit. Et in vnaquaqꝫ partium: tribꝰ ſignis moratur. In vltimis tandem duobus verſibus declarant quatuor tempora ieiuniorū: poſt que ſcꝫ feſta imponenda veniant. Hec aūt ſumme obſeruanda ſunt: vt cultus diuinus debite perficiatur. Omnia eñ que in hoc opuſculo tradita ſunt: ſemper in cultum diuinū ordinantur. Et in hoc finē eiuſdem imponere libuit: pro quo ſit deus benedictus in ſecula ſeculorū.

Impreſſum Cracouie per Mathiam Scharffenberg:
Anno Chriſti M. D. XXviij.
quinta die Auguſti.

D